nescis quia & solem quem nos per sculpturam artis fecimus & ipsum nihil ē. Eadem autem die dum inter se altercarent. ecce subito iussit diocletianus augustus ut facerent ei ex metallo porphyritico concas sigillis ornatas cauari. Tunc simpronianus. claudius castorius. nicostratus. coeperunt in nomine dn̄i cauare concas & lacus cum sigillis & cantaris cum magna tenuitate artis. Simplicius uero quicquid in arte misisset manum. ilico confrengebantur. Tunc dixit ad simpronianum. Adiuro te per dn̄m solem. ut dicas mihi quis est iste ds̄ qui omnia creauit. In cuius nomine uos artem bene operemini. Respondens claudius simplicio dixit. placitum ē in sensu & in uisu oculorum tuorum quia nos facim. Respondit simplicius & dixit. Uideo nescio quā praedicationem. quam occulte praedicatis; sed quaeso uos declarate mihi hanc praedicationem di̅ uestri. ut & mea uobiscum fruamini amicitia. Dicit ei claudius. & est inte pura amicitia. Simplicius dixit; uere pura. nam & uos cognouistis. Ecce intra quindecim annos qualiter uobiscum operatus sum. Dicit ei simpronianus. si potes credere dicemus tibi & mox artem consequeris sed & uitam aeternam habebis; Simplicius dixit. Desiderio desideraui scire dm̄ uestrum. & supplico uos. Dicit ei claudius. Ecce hoc est quod tibi dicimus ut fideliter credas dnm̄ nostrum ih̅m xpm̄ di̅ filiū. & baptismum percipias & omnia ministrabuntur tibi. Simplicius dixit. Ergo nolite tardare. ut uobiscum unanimis sim in arte & in religione. & coeperunt quaerere sacerdotem. & inuenerunt epm̄ in custodia religatum nomine cyrillum de antiochia adductum pro nomine xp̄i uinctum. qui iam multis uerberibus fuerat maceratus. per annos tres. Ad quem uenientes noctu simpronianus. claudius. nicostratus & castorius una cum simplicio. quem inuenerunt in catenis constrictum. cum aliis multis confessoribus. & ingressi ad beatum cyrillum miserunt se ad pedes eius. & rogauerunt ut baptizaret simplicium. Cumque hoc audisset beatus cyrillus eps̄ gaudio repletus est magno. dixitque ad simplicium. Fili uide si ex toto corde credis. & omnia ministrabuntur tibi. & respondentes claudius simpronianus & nicostratus atque castorius. dixerunt ad eum rem gestam de ferramentis quid obuenisset. & tunc beatus cyrillus eps̄ gratias agens dō omnipotenti. dixit ad simplicium. Fili uidisti uirtutem in operatione uestra. modo tantum fideliter crede. Respondit simplicius cum lacrimis & dixit. & quomodo iubetis ut ostendam credulitatem meā. Beatus cyrillus eps̄ dixit. ut credas in ih̅m xpm̄ dnm̄ nostrum di̅ filium creatorem omnium rerū. & omnia simulachra manufacta respuas. Simplicius dixit. Ego credo quia in ueritate ipse ē uerus ds̄ ih̅s xp̄s. & facto eo secundum ecclesiasticam consuetudinem caticumino. baptizauit eū in nomine patris & filii & spiritus sci. ibidem in carcere & dimisit eos. Reuersique sunt ad opera sua. & coeperunt cauare concas ex lapide porphyritico cum sigillis & herbacantis. In qua autem hora mittebant manus suas ad opera. In nomine ih̅u xp̄i operabantur. signum crucis facientes. Unus autem de philosophis inueniens eos. & uidens quomodo sine signo crucis nihil faciebant. sed utebantur omni hora signo crucis xp̄i in omni opere. contristatus est uehementer. & dixit cum iracundia. hoc genus magicae artis est. quod signum nescio quod ad crudelitatem pertinet. & per ipsum omnia prospera a uobis aguntur. Respondit claudius & dixit ei. Nescis philosophe quia hoc signum quod aliquando fuit ad crudelitatem. nunc autem ad uitam perducit aeternam. maxime autem eos qui credunt in eum. Respondit philosophus & dixit. non potest crudelitas mortis ad uitam perducere aeternam; sed tantum ad uitam aeternam potest aliquis per abstinentiam temporalem peruenire. Claudius dixit ad eum. Ds̄ pater dn̄i mei ih̅u xp̄i dixit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0267